

2811

C O D I C E S

2812

undecim immediate sequentibus, quos omnes compilauit in uniuersitate heydelbergen. Primus incipit: *Hec dies boni nundij est. Scribuntur hec verba originaliter 4^{ti} Regum VII. cap. &c.* Reliqui de *Festis domini et B. V.* sunt, tres vero *Synodales*. Confer de hoc Viro eruditissimi *Eq. Jof. Ant. Rieggeri Amoenit. Friburg. Fascic. I. p. 35.*

XI. fol. post 5. pura 241. *Magistri Henrici Schwinfurt*, ut in margine ait Rubrica, *Sermo de Epiphania*. Initium: *Hodierne festiuitatis celeberrimi patres solemnitas gloriosa ab apparitione nomen accepit. Epiphania quippe apparicio est &c.*

XII. fol. 246. *Sermo sancti basilij de vita solitaria*. Initium: *Libet de singularis vite meritis pauca perstringere &c.* Finis: *ad edificacionem perueniet domum non manufactam eternam Amen.* Sermo hic inter *Opera Petri Damiani Paris. 1642. T. III. p. 103. Caput XIX.* constituit *Opusculi XI.* quod inscribitur *Liber Dominus Vobiscum*; positus tamen etiam est a *Juliano Garnerio inter Basilij Spuria T. II. Opp. Paris. 1722. append. p. 704.*

XIII. fol. 248. p. 2. *Sermo Magistri Jo. trutzenbach de belbrunna sacre theologie professoris In Vigilia Pentecostes*. Incipit: *De excelso misit ignem in ossibus meis et erudiuit me. Originaliter trenorum primo. Venerabiles patres domini doctores egregij &c.* Ad calcem rubro: *In Alma Vni-*

uersitate Heydelbergen. ad cujus Historiam Codex hic conferre non nihil possit.

DCCLXVII.

Codex chartaceus lat. Sec. 297 XV. Folior. nunc 385. f. per duas columnas exaratus completitur sequentia: I. Nouem aliena peccata Magistri Feorij de Gyn-gen. Sequitur Sermo primus. Initium: Abiciamus opera tenebrarum &c. Vas electionis et sidus apostolicum &c. Tota Tractatio diuisa est in *Sermones* vel *Articulos XXXVIII.* et in officiis hominis Christiani circa praedicta Peccata exponendis versatur, unde *Auctorem* ignotum *Theologis moralibus* potius accenseas, quam *Homiletis*.

II. fol. 74. p. 2. *Dynkelspüchel (Nic.) de duobus preceptis scilicet de Dilectione Dei et proximi.* Initium: *Scribitur Matth. 22. quod cum quidam legis doctor &c.* *Sermones* hi XI. jam indicati *Codd.* variis extant in edit. *Argent. 1516 a pag. 1. f.*

III. fol. 119. p. 2. absque titulo *Ejusdem Tractatus de Praeceptis Decalogi.* Initium: *Preter precepta legis nature communia &c.* Iam *Codd.* mox cit. et edit. *Argent. fol. 22. p. 2.* sed hic in *Primo* statim *Praecepto* his verbis: *sub istis verbis Exodi 2^o. simul positus — deficit.*

IV. fol. 131. *Dynckbelspüchl super pater noster.* Initium: *Si quid pecceritis patrem in nomine meo*

2813

H O M I L E T I C I

2814

meo &c. Tractatus hic jam alibi indicatus legitur pariter in edit. *Argent. fol. 49.*

V. fol. 173. p. 2. Sequitur Sermo de Annunciatione continens angelicam Salutationem dynkbel-spüchl. Incipit: *Ingressus angelus ad eam &c. In illa salutatione angelus captat beniuolenciam &c. Et finit: summus pontifex ut fertur addendum ordinauit. Non habetur inter Sermones Nicolai Cod. DLXXX. enumeratos, neque in edit. Argent. licet Expositioni Orationis dominicae apte adhaereat.*

VI. fol. 178. Sequitur Symbolum Magistri Nicolaij de Gretcz. Initium: *Dilectissimi quicumque homo habens usum rationis vult venire in regnum celorum &c. Ultima: nec in cor hominis ascendit. Canonicus hic ad D. Stephani Academiae Vindobonensi Rector praefuit a. 1437. Ejus memoria extat in Scriptt. Univ. Vien. P. I. Sec. I. p. III. Ceterum Expositio haec Cod. DCLXXVII. sub nomine M. Job. Gews profat.*

VII. fol. 217. Secuntur excerpta ex tribus partibus penitentiae Magistri Nicolaij dynkelspüchl. Initium: *Est aduertendum secundum Magistrum 4to Sententiarum dist. 16. Quod tria requiruntur &c. Tractatus ipse extat Cod. DLXXX. et edit. Argent. fol. 68.*

VIII. fol. 238. p. 2. Secuntur Sermones cum aliquibus dubijs de corpore christi. Initium: *Fratres ego enim accepi &c. Karissimi ho-*

diernum festum est commemoratio institutionis &c. Unicus Sermo est et fortassis ejusdem Nicolai, quamvis inter ejus Sermones hactenus recensitos non comparuerit.

IX. fol. 258. Septem dona spiritus sancti Magistri Nicolai dynkelspüchl. Initium: *Egredietur virga de radice yesse &c. Ex hac auctoritate et aliis sacre scripture et sanctorum constat &c. Finis: sed magis ad pias affectiones. Opusculum Nostro jam a Tritbenio tributum in variis Bibliothecis ms. extat, ut habes in Scriptt. Univ. Vien. Sec. I. P. 1. p. 94. et Fabricii Bibl. med. Lat. L. IV. p. 29.*

X. fol. 271. Sequitur tractatus subtilis de Instinctu dei et dyaboli. Initium: *Semen cecidit in terram bonam &c. Est Henrici de Vrimaria Erem. Aug. alias inscriptus de Instinctibus interioribus hominis. Atque ita extat Cod. DLXXX.*

XI. fol. 283. Secuntur quatuor nouissima Magistri Hainrici de bassya. Initium: *Memorare nouissima tua &c. Sicut dicit Augustinus in libro meditationum &c. ut Cod. mox cit.*

XII. fol. 317. Sequitur tractatus de Scandalo Magistri Feorij de Gyngen et pertinet bene ad materiam de nouem alienis peccatis ejusdem. Vide supra N. 1. Initium est: *Ad bonorem et gloriam beatissime trinitatis atque profectum omnium nostrum In precedentibus dictum est de nouem alienis peccatis que talia sunt &c. Finis: sed cum bonis et iustis introducantur in vitam eternam Amen. Ineditum*

2815

C O D I C E S

2816

tum habeo, ut superiorem, ad quem revocat.

XIII. fol. 332. p. 2. Sequitur tractatus subtilis de peccatis in Spiritum sanctum. Initium: Omne peccatum et blasphemiam remittetur hominibus &c. Postquam dominus declaravit falsitatem iudeorum &c. Finis: et ad hoc concurrat specialiter ad dei gratiam Amen. Autorem non reperio.

XIV. fol. 339. Incipit tractatus Magistri Jordani Sacre theoloyce professionis de 65. articulis passionis domini nostri ihesu christi — qui distinguntur in septem partes principales secundum septem horas canonicas. Initium est: Inspice et fac secundum exemplar &c. Jordanus hic est de Saxonia five Quedlimburgo O. Erem. Aug. de quo adi Ossingerum in Biblioth. August. p. 800. ubi asseritur Opus nostrum pertinere ad Postilla Jordani, de quibus egimus ad Cod. DCXCV. esseque editum separatim cum f. 1. et a. 4. tum Argentinæ 1484. f. Itaque et Tritheimius jam illud ut opus peculiare adnumeravit. In Cod. praesenti Articulo 65. non ultra col. 2. progreditur.

DCCLXVIII.

³⁰⁴ Codex chartaceus lat. Sec. XV. expirantis. Folior. nunc 23. f. per duas columnas exaratus continet Augustini de Campellis de Leonissa Aprutini O. E. S. Aug. anno 1435. ad Episcopatum Bovensem promoti, sed eo-

dem anno Romae mortui Expositionem Orationis Dominicæ, cui verifimiliter olim in Cod. adjuncta fuerit Salutationis Angelicæ Expositio. Prooemium incipit: Augustinus de Leonissa in ordine heremitarum religiosorum minimus ex corporis inbecillitate a predicacionis officio penitus se retraxit dicens cum propheta Obmutui &c. Sermonis I. ex L. in quos Expositio dividitur, initium est: Pater noster. In hac vita nullum opus est honorabilius nullum levius et nullum utilius quam orare deum patrem &c. Deficit Codex in Serm. XXXVIII. his verbis: Secundum est carnis maceracio —. Extat vero teste Ossingero in Bibl. Augustin. p. 188. utraque Expositio impressa Coloniae 1502. 8. Editionem hanc secundam esse oportet; quæ enim mihi objacet, subscribitur: Coloniae apud Predicatores iam tercio diligentissima correctione Impressi (Sermones) Anno domini M. CCCCIII. die II. mensis Decembris 8.

DCCLXIX.

Codex chartaceus lat. Sec. ⁵¹² XV. Folior. 240. 4. a diversa manu compilatus exhibet Sequentia: I. Sermones XXVIII. de S. Augustino, quorum primus incipit: Vidi in medio septem candellabrorum aureorum similem filio hominis. Apocal. I. Quia sanctus Augustinus fuit eternaliter preuisus a sancta trinitate prebomifare lucem &c. Levis momenti. Ad oram inferio-